



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Bonitvs Episc. 15. Ianuarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

Superiũ palatia invitans, matrem adyocat; mendicus agrè impetrat; præsentem iurejurando adigit, velit jubeat in pannuceis suis se tumulari. mox sanctum Evangelii librum, quem puer ab eã dono acceperat, in manus tradit, atque ita oculos tandem matri aperit, ipse suos claudit. Enimverò malè officiosa velle hic auream filio purpuram inducere; sed ilicet manus sensit tandiu rigescere, dum piæ & ultimæ IOANNIS voluntati est obsecuta. Claruit verò sanctior hic in casã suã Romulus circa annum Christianum CD.LXVII. nunquam orbi tam notus futurus, nisi tam ignotus fuisset.

*Ex Suvio.*

*Præferenda est Religio necessitudini, & pietas propinquitati. Ea enim est vera pietas qua preponit divina humanis, perpetua temporalibus: nesciunt suis parcere, qui nihil suum norunt; quoniam Sanctis omnia Deus est. S. Ambr. in Epist. ad Rom.*

S. BONITVS EPISC. 15. Ianuarij.

**B**ONITIVS virtus detecta jam tum divinitus est; cum matris adhuc utero lateret. Etenim cum hæc gravida à Sacerdote postularet, benè ut sibi precari vellet, *Quin, ille retulit, bene potius tu mihi precaris Domine? Amplius ad hæc obstupescēti, Ne, ait, hoc à te exigere me crede, sed ab eo, quem utero foves, quem ad insulam jam nunc vocari vides o.* Cæterum BONITVS adultior factus, cum maxima quæque munia in Gallorum Regiã obiret, ita Regis causam egit, ut cuius dignitati pauperum patrocinium præferret. Ascitus inde ad Episcopatum Arvernensem, dum nocte intempesta in templo precibus vacat, adspectabilem cum omni aulã Reginam cæli MARIAM habet; hujus imperio rem  

C 5
divinam

divinam facit ( homini Cælitibus inservientibus )  
 & in laboris præmium vestem aufert. mirè candi-  
 dam, eaque sive materiâ sive arte, quàm mirari  
 oculus humanus semper, agnoscere potuit nun-  
 quam. Simile sperare postea ausus è successoribus  
 unus, eodem se contulit. Verùm quia merita ho-  
 minis abludebant, dissimilis pullus dissimili modo  
 acceptus, & arcanâ vi domum suam est deporta-  
 tus. At BONITVS sponte infulam abiecit, vel, ut  
 rectius loquar, cum coronâ commutavit, quam  
 ei cum locos sacros plurimos lustrasset, à morte  
 (cujus ipse sibi vates fuit) cælum decrevit, anno  
 post Servatoris adventum DC. LXXXV. *Ex Surio.*

*Qui cupiunt strenuè spirituales persolvere lau-  
 des, representent se coram Deo tribunali, & ipsum in  
 spiritu præsentè habeant, uti est, nihilq; ue inter se &  
 eum habere velint, sed tanquam amicus cum amico  
 colloquantur Domino. B. Laur. Iust. de discip.  
 Monast. Conversat.*

## S. FVRSEVS CONF. 16. Ianuarij.

**E**X Angliâ FVRSEVM ascivimus. Iuventa ejus<sup>s</sup>  
 Prodigis plena reliquæ vitæ prælu sit. Post  
 hanc à Musis transit ad monachos; mox doctor  
 sanctioris vitæ & cænobii conditor, in quod pas-  
 sim vinctos oratione suâ à mundo abstraxit. In-  
 tercæ sub annum DC. XIIV. semel iterumq; animo  
 è mortali corpore exiit, ductoribus Angelis bo-  
 nis, qui vel lignea malorum tela clypeo excipie-  
 bant, vel quas de minimis etiam vitæ noxiis ad-  
 versarii necitebant accusationes diluebant. Iam  
 verò è cæli speculâ orbem contemplatus, cum à  
 quatergeminâ scelerum st. minâ (perfidiam, rerum  
 fluxarum cupiditatem, discordiam, atque in mis-  
 ros